



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

56 Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

& lugubre admodum spectaculum esse & multos dies post lugubri planctu miserabilem cadaver intuemur exangue, immobile, foetidum, escam paulo post vermis futurum, quod paulo ante animatum, mobile, agile, & ad omnia operanda idoneum videbamus: ideo non virtio dandum, si propinquorum, aliorumve, quos diligimus, mortem doleamus, cum propter pietatem mortuos lugere non prohibeamur, & nobis in hac re manifesta tradita fuerint exempla à sanctissimis viris compluribus, quos in sacris litteris amicorum, & propinquorum mortem doluisse, & plorasse, legamus. cap. ubi cunque, §. hoc autem, & ibi gloss. infin. q. 13.

55 Fili, t̄ inquit Ecclesiastes, in mortuum, produc lacrymas, & quasi dira passus, 60 incipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam ejus, Idem Eccles. cap. 38, num. 16, & supra mortuum plora, deficit enim lux ejus, idem ecclesiast. cap. 22.

56 Ideo t̄ lugebat populus Israëliticus, Moysen diurno 30, dierum planctu, Deut. cap. ult. circ. fin. obitum Saulis, ita Rex David est contristatus, ut aeternam posteritati sanctæ in hostem charitatis memoriam reliquerit 2. Reg. cap. 1. idem super tumulum Abner lacrymarum vim maximam fudit, ibid. c. 3. circ. fin. in morte vero Absalonis, quo ejulatus emiserit, testatur scriptura, ibidem cap. 18. & 19.

57 Commendata fuit Resphæ t̄ concubinae pietas, ob pium in cadaver Saulis officium præstitum, ibidem cap. 21, circa med. longo fletu sepulturæ traditus fuit Iudas Machabæus ab universo populo,

& multos dies post lugubri planctu miserandum tanti viri interitum deplorabant, 81, Machab. c. 9. cir. med. & unicuique videlicet filius adolescens vita functus ad matris fletum fuit à Christo à mortuis excitatus, Luce cap. 7, ac una cum Martha, & Magdalena sororibus t̄ lacrymatus Jesus ad sepulcrum Lazari fuit visus lacrymari, Ioan. cap. 11, qui tamen non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit & ruminas resuscitandum, cap. qui divina 13, quæst. 2, & Durand. de mod. gen. conc. celebr. rubr. 6, nu. 2, Ceterum, si in hujusmodi fletibus, ac lacrymis, modum excedemus, non mediocrem virtutem notam nobis ipsis incurrimus.

Hinc t̄ Ecclesiastes, cap. 22, Modicum inquit plora super mortuum, quoniam requievit. Ideo eorum mos maximè est improbandus, qui putant nobiliorum defuncto honorem præstari, quo altiores ejulatus emituntur, vel luctus per dies multos fit productior. Vnde D.

Ioan. Chrysost. t̄ honor, inquit, mortuo non est fletus, nec ejulatus, sed hymni, psalmi, & optima, & tamen pluribus in locis ante publicationem sacri conc.

62 Trid. usus receptum vidi, t̄ quod defunctorum, universa vicinia, & familia conflabat, ubi circum cadaver maximo cum clamore, & ejulatu circumstabat, & deinde illud in ecclesiam mulieres præcipue linteo oblongo capite contestæ lugubri planctu altis vocibus clamando, & flendo comitabantur, ubi deposito feretro, dum per sacerdotes justa de more sunt defunctorum clamores, & planctus cum sacerdotum cantu permixti continuabant, usque dum cadaver sepulcro conderetur, crines